

Conditional Sentences Practice

1. sī dīligenter illīs librīs studeās, multum perficiās.
2. sī dīligenter illīs librīs studuerit, multum perficiet.
3. nisi passer Lesbiae mortuus esset, ille versūs venustōs numquam scripsisset.
4. sī passer Lesbiae moriatur, oculī eius rubeant.
5. sī eam vīderō, eī carmen dulce cantābō.
6. sī passer ā gremiō movet, Lesbia eī digitum dat.
7. nisi passer ab ea volat, Lesbia laeta est.
8. sī passer ā Lesbiā umquam volāret, illa multās lacrimās flēret.
9. sī Catullus ineptīre dēsināvisset, tanta verba nōn scripsisset.
10. nisi Caullus illam puellam vere amaret, tam trīstis non esset.
11. nisi Catullus obstinātā mente perferret, semper doleret.
12. nisi Catullus obstinātā mente pertulisset, semper doluisset.
13. sī poeta obstinātā mente pertulerit, laetior erit.
14. nisi poeta eam requīrat, nemō eam requirat.
15. nisi poeta eam requisīverit, nemō eam amābit.
16. nisi poetae bella vīsa esset, nullī virī eam amāvisset.
17. nisi virī tē rogent, quae tibi maneat vīta?
18. sī ā poetā rogābēris, ad eum curre.
19. sī apud mē cēnāveris, cēnābis bene.
20. sī apud mē cēnāvit, nihil bonum habuit.
21. sī apud mē cēnāvisses, nihil bonum habuisses.

Catullus XIII. ad Fabullum

CENABIS bene, mi Fabulle, apud me
paucis, si tibi di fauent, diebus,
si tecum attuleris bonam atque magnam
cenam, non sine candida puella
et uino et sale et omnibus cachinnis.
haec si, inquam, attuleris, uenuste noster,
cenabis bene; nam tui Catulli
plenus sacculus est aranearum.
sed contra accipies meros amores
seu quid suauius elegantiusue est:
nam unguentum dabo, quod meae puellae
donarunt Veneres Cupidinesque,
quod tu cum olfacies, deos rogabis,
totum ut te faciant, Fabulle, nasum.

Martial, ii.52

Cenabis belle, Juli Cerialis, apud me;
condicio est melior si tibi nulla, veni.....
Plus ego polliceor: nil recitabo tibi,
ipse tuos nobis relegas licet usque Gigantas,
rura vel aeterno proxima Vergilio.